



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvim Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De Regressibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

De Regressibus.

Regressus
quando ap
probenur
vel reprobe
tur.

Item interdum datur restitutio reci-
proca in beneficiis: Papa autem admit-
tit resignationem talem, scilicet cum
regressu, ut si is, cui confertur, præmoria-
tur, episcopatus reuertatur ad resignantē:
& resignans retineat semper fructus quos-
dam episcopatus: & nō improbarem qui-
dem hunc regressum, quando fieret ex
caussa videlicet quod designatus succes-
sor est valde dignus: & is qui resignat iam
longo tempore ecclesiæ deseruerit: &
nullum aliud habet beneficium, quo sene-
ctuti cōsulere, & viuere possit, sed regres-
sus qui sunt tantum ratione sanguinis:
damnabiles & resignanti, & Papæ, nec non
illi cui confertur.

Resignatio
cum ingres-
su, & acces-
su.

Idem in ingressu, ut si Papa contulerit
mihi beneficium: & antequam ego accipi-
am possessionem illud resignem. Papa cō-
cedet, quod si resignatarius præmoriatur,
quod ego ingrediar meum beneficium,
quod nunc resigno. Cum accessu verò est,
ut si Papa velit Episcopatum conferre pu-
ero, verum quia dignus non est, conferat
suo præceptori, cum hoc tamen, quod
post ætatem legitimam ipse propria auto-
ritate possit accedere ad talem episcopa-
tum, & vocatur cum accessu: sed hoc iure
non vtitur in Francia: vide Paris. conf. 76. an
capitula in 4. vol. vidi tamen vnam bul-
lam sic in Francia expeditam, seu in Bri-
tannia.

**Causa pu-
blica vtili-
tatis iuste
regressus
concedun-
tur.**

Aduertendum est, quod si isti regressus
fiant ex causa publicæ utilitatis, ut melius
ecclesiæ deseruiatur, sunt fauorabiles, &
ampliandi, sin minus damnabiles & repro-
bandi: de quibus Papæ est Deo opti. maxi-
mo reddituras rationem.

Considerandum etiam est, quod eccle-
siæ regulariter melius deseruiat per plu-
res idoneos & bonos quam per vnum. c. ex
parte de const.

Vnde si tam resignans quam resignari-
us sint idonei, hoc iuste fit: quia vterq; in-
terim deseruiet ecclesiæ: & quando vnus
erit grauatus senectute, vel alio onere, al-
ter supplere poterit: maximè cum resi-

gnans habet hoc in mente, ut Deo in eius
deseruiatur: & quia pium & religiosum
nouit eum, in cuius fauorem resignat. d. c.
nisi cum pridem. de renunc.

Sed quando vterque est ignarus, ambo
in foueam eadem inferni: cuiusmodi ple-
rosq; videmus ipsas ecclesias in vita labe-
factasse: & vt omnino destruantur, eas suis
nepotibus voluptariis resignat: hæc est ho-
minum rabies, & insania, vt in agone mor-
tis cum sui rationem deberent reddere, se
& suos profundius immergunt, & adinui-
cem se ipsos detrudunt in tenebras extero-
res, quæ malum tanta cæcitas!

Verum vt ad rem veniamus, notandum
est in his regressibus iudicari debere, pro-
ut appareat ex bulla, & ex verbis signatu-
ra: & bullæ quatenus videlicet concedun-
tur: vt nil eis addendum sit à iudice, sed for-
ma ipsa diligenter obseruanda. c. cum dile-
ctis. de reser. quia hi regressus pendunt om-
nino à potestate Papæ, & sunt introducti
ex plenaria sua potestate, quam in benefi-
ciis habet. c. 2. de preb. li. 6. verum eipr in fra-
cia communiter non vsurpentur, sed ad
suam patriam nunc reuocio, d. c. o prius
quod celsiones cum ingresso & reserua-
tione omnium fructuum nulli dantur nisi
Cardinalibus: vt statuit Alex. 6. Pontifex
maximus in tit. de reserua. iuris parro.

De pura Resignatione.

PVra & simplex resignatio est, quæ sine
ne conditione, & pacto c. tua nos. desu-
mon. & hæc est propria resignatio arg. h.
i. ff. de donatio. & hæc minus est frequens,
quam altera in fauorem.

Et quando pars sic resignat, ordinarius
potest, cui vult, conferre, cum beneficium
vacet per resignationem. c. 2. & per votum de
renun.

Et ista debet fieri coram ordinario: nam
conditio omnis simoniam continet, & pa-
ctio cap. fin. de pact. ca. ex parte. i. de offi. delegat.
ideo non debet apponi resignando coram
ordinario.

Potest tamen sic resignans sine simonia
labe rogare ordinarium, vt conferat tali.